

[56] Reliquum est igitur crīmen dē venēnō; cūius ego nec prīncipium invenīre neque ēvolvere exitum possum. Quae fuit enim causa, quam ob rem istī mulierī venēnum dare vellet Caelius? Nē aurum redderet? Num petīvit? Nē crīmen haerēret? Numquis obiēcit? num quis dēnique fēcisset mentiōnem, sī hic nūllius nōmen dētulisset? Quīn etiam L. Herennium dīcere audīstis verbō sē molestum nōn futūrum fuisse Caeliō, nisi iterum eādē rē suō familiārī absolūtō nōmen hic dētulisset. Crēdibile est igitur tantum facinus ob nūllam causam esse commissum? et vōs nōn vidētis fingī sceleris māximī crīmen, ut alterius causa sceleris suscipiendī fuisse videātur?

[57] Cuī dēnique commīsit, quō adiūtōre ūsus est, quō sociō, quō cōnsciō, cuī tantum facinus, cuī sē, cuī salūtem suam crēdidit? Servīsne mulieris? Sīc enim obiectum est. Et erat tam dēmēns is cuī vōs ingenium certē tribuitis, etiam sī cētera inimicā ōrātiōne dētrahitis, ut omnēs suās fortūnās aliēnīs servīs committeret? At quibus servīs? – rēfert enim māgnō opere id ipsum – eīsne, quōs intellegēbat nōn commūnī condiciōne servitūtis ūtī, sed licentius, liberius, familiārīus cum dominā vīvere? Quis enim hoc nōn videt, iūdicēs, aut quis īgnōrat, in ēius modī domō, in quā māter familiās meretrīciō mōre vīvat, in quā nihil gerātur, quod forās prōferendum sit, in quā inūsītatae libīdinēs, luxuriēs, omnia dēnique inaudīta vitia ac flāgitia versentur, hīc servōs nōn esse servōs, quibus omnia committantur, per quōs gerantur, quī versentur īsdem in voluptatibus, quibus occulta crēdantur, ad quōs aliquantum etiam ex cotīdiānīs sūmptibus ac luxuriē redundet? Id igitur Caelius nōn vidēbat?

[58] Sī enim tam familiāris erat mulieris, quam vōs vultis, istōs quoque servōs familiārēs esse dominae sciēbat. Sīn eī tanta cōnsuetūdō, quanta ā vōbīs indūcitur, nōn erat, quae cum servīs potuit familiāritās esse tanta? Ipsīus autem venēnī quae ratiō fingitur? ubi quaesītum est, quem ad modum parātum, quō pactō, cuī, quō in locō trāditum? Habuisse aiunt domī vimque ēius esse expertum in servō quōdam ad eam rem ipsam parātō; cūius percelerī interitū esse ab hōc comprobātum venēnum.

[56] Blijft dus over de aanklacht omtrent het vergif, waarvan ik niet het begin kan vinden en ook de afloop niet ontrafelen. Want wat is de reden geweest, waarom Caelius die vrouw zou willen vergiftigen? Om het goud niet te hoeven teruggeven? Heeft ze het soms opgeëist? Om te voorkomen dat er een grond voor een aanklacht zou zijn? Wie heeft [*hem*] dan beschuldigd? Wie dan zou tenslotte daarvan melding hebben gemaakt, als hij niet iemand zou hebben aangeklaagd? Sterker nog: u heeft Lucius Herennius horen zeggen, dat hij Caelius met geen woord lastig zou hebben gevallen, als die niet opnieuw over dezelfde zaak zijn vrijgesproken vriend had aangeklaagd. Is het daarom geloofwaardig, dat een zo groot misdrijf zonder enige reden is begaan? En ziet u niet, dat een aanklacht van een zeer ernstig misdrijf wordt verzonnen om de indruk te geven dat het de reden is geweest om een andere misdaad te ondernemen?

[57] Aan wie heeft hij [*de daad*] toevertrouwd, van welke helper heeft hij gebruik gemaakt, van welke handlanger, van welke medeplichtige, aan wie heeft hij zo'n grote misdaad, aan wie heeft hij zichzelf, aan wie zijn eigen veiligheid toevertrouwd? Aan de slaven van de vrouw? Dat is [*hem*] immers voor de voeten geworpen. En was hij zo dwaas, aan wie u toch zeker verstand toeschrijft, ook al kleineert u [*hem*] in de overige opzichten in een vijandige redevoering, dat hij zijn hele vermogen aan de slaven van een ander zou toevertrouwen? Maar aan wat voor slaven? – want juist dit is van groot belang – aan diegenen, van wie hij begreep dat ze niet in de gebruikelijke situatie verkeerden, maar met meer privileges, meer vrij [*en*] vertrouwelijker met hun meesteres leefden? Wie ziet dit immers niet, leden van de jury, of wie weet het niet, in een huis van dien aard, waarin de vrouw des huizes op de wijze van een hoer leeft, waarin niets gebeurt, wat naar buiten gebracht mag worden, waarin ongebruikelijke uitspattingen, zwelgerijen, kortom alle ongehoorde ondeugden en schanddadē plaatsvinden, dat hier slaven geen slaven zijn, omdat aan hen alles wordt toevertrouwd, omdat door middel van hen alles gebeurt, omdat ze betrokken zijn in dezelfde lusten, omdat aan hen geheimen worden toevertrouwd, omdat aan hen heel wat van de dagelijkse uitgaven en weelde ten goede komt? Dat zag Caelius dus niet?

[58] Want als hij zo'n vertrouweling van de vrouw was als u wilt, wist hij, dat ook die slaven vertrouwelingen van hun meesteres waren. Maar als hij niet zo'n grote intimiteit had als door u wordt voorgesteld, welke zo grote vertrouwelijkheid kon hij dan met haar slaven hebben? Welke verklaring wordt er verder voor het vergif zelf verzonnen? Waar is het vandaan gehaald, op welke wijze is het bereid, hoe, aan wie [*en*] op welke plaats is het overhandigd? Ze zeggen dat [*hij*] het thuis heeft gehad en dat de kracht daarvan was getest op een of andere slaaf, die speciaal daarvoor was aangeschaft; op grond van wiens zeer snelle dood het vergif door hem was goedgekeurd.